et permanere in eo semper. Et quoniam futura temptaci
o et tribulacio appropinquat. felices qui perseue
rabunt in hiis que ceperunt. Ego uero ad dominum prope
ro. cuius gratie uos omnes commendo. Suaui huius
modi ammonicione completa. iussit uir deo
carissimus in ewangeliorum codicem apportari.
et ewangelium secundum Johannem quod incipit ab eo
loco. ante diem festum pasche. sibi legi poposcit.
Ipse uero prout potuit in huius psalmi uocem eru
pit: Voce mea ad dominum clamaui uoce mea
ad dominum deprecatus sum. et ad finem usque compleuit.
Me igitur exspectant iusti. donec retribuas mihi.
Tandem cunctis in eum completis mysteriis. anima
illa sanctissima a carne soluta. et in abyssum diui
ne claritatis absorpta. beatus uir obdormiuit
in domino. Vnus autem ex fratribus et discipulis eius uidit
animam illam beatam sub specie stelle prefulgide a can
dida subuectam nubecula. super aquas multas in ce
lum recto tramite sursum ferri. tamquam sublimis
sanctitatis candore prenitida et celestis sapiencie
simul et gratie ubertate repleta. quibus uir sanctus
promeruit locum introire lucis et pacis. ubi cum

Lizenz: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 87r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/de/pal/L/87r)